



**Totius Iuris Canonici Compendium, siue, Brevis Summa In
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van
Coloniae Agrippinae, 1656**

De pactis. Titulus XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

securitate latentur, presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, cunctes, vel redeuentes, vel in agricultura existentes, & animalia, quibus arant & semina portant ad agrum, c. 2. hoc tit. Quæ omnia hodie non tenent, & episcopi, qui non feruant has cōstitutiones, non dicuntur transgressores, quia haec træuge non fuerunt moribus utentium approbatæ, gloss. in t. 1. in verbo frangere in fine hoc tit. & ibi Pan. n. 4. & Can. Pax si fuerit fracta, pertinet talis cognitio ad iudicem ecclesiasticum, cap. nouit. de iud. Pan. inc. cum sit generale n. 28. de foro compet.

De pactis.

TITVLVS XXXV.

SYMMARIA.

3. Pacti definitio.
2. Pactum aliud est vestitum.
3. Aliud nudum.
4. Pactorum quadam sunt in rem, quedam in personam.
5. Pactum factum cum una persona non extenditur ad aliam.
6. Pactio omnis & conuentio illicita est iure Canonico pro spiritualibus obtinendis.

POst titulos de potestate & officio iudicium, competens erat ut de iudiciis videbatur; sed quia vocati ad iudicia, pacitci vel transigere consueuerunt, de his præmittit, & primo de pactis, quia honorabilius est gratis facere, quam pretio recepto. Pactum est tamen duorum vel plurium in idem placitum consensus, l. 1. in princip. ff. de pactis Institut. de oblig. in princip. & ibi D O. Myns. obs. 97. cent. 2. Pactum tamen aliud est vestitum aliud nudum. Vestitum pactum re, Tit. Institut. quib. mod. re cont. oblig. verbis; tit. Institut. de verb. oblig. & tit. seqq. literis; tit. Institut. de lit. oblig. consensu;

tit. Institut. de oblig. ex cons. & tit. seqq. iuramento; l. vt. insurandi ff. de oper. lib. interuenient rei in contractibus innominatis, in quibus nascitur actio implenti, ex pacto de munere tradita, l. 1. §. item emptio 2. resp. ff. de iur. perm. l. exp. placito C. eod. Bald. in l. petens. n. 24. C. de pact. non alteri qui non impleuit contra implementem, gloss. t. in d. l. exp. placito in fine Bart. int. si certis annis C. hoc tit. cohaerentia contra. Etus, l. iurisgentium §. quin imo & l. petens C. hoc tit. cohaerentia voluntaria traditionis, l. in traditionibus ff. & l. legem C. hoc tit. quando patrum respicit fauorem eius, pro quo initur contra etus, cuius cohaerentia pactum vestitur, aut fauorem tradentis, secus si apponitur in fauorem alterius, quia impossibile est actionem descendantem ex contractu informari ad eius fauorem, cui non competit actio. Anch. in d. §. quin imo sub num. 10. sequitur, in gloss. & num. xij. las. in d. l. si certis annis num. 1. auctoritate legis, l. legitima ff. hoc tit. l. si quis argentum C. de donat. §. alio autem donationes Institut. de donat. rei principio ut in pollicitatione facta reipublicæ. l. 1. ff. de pollicit. Nudum est, quod tamen non est vestitum, aliquo prefatorum modorum, sed hæret in meritis & puris finibus conuentionis, patitur exceptionem, non actionem iure ciuilis. l. iurisgentium §. si cum nulla ff. hoc tit. Pan. inc. 1. num. 4. vers. si enim pactum hoc tit. iure canonico & in conscientia obligat sub pena mortalis peccati, c. 1. hoc tit. c. iuramenta 22. q. 5. daturque ex eo actio, siue condicō ex canone. c. qualiter & ibi Pan. hoc tit. Host. in d. c. 1. eod. & ibi Pan. num. 3. & 5. Stipulatio penalis nunquam iustit pactum nudum, Angel. in d. §. quin imo num. xij. Bald. in l. petens num. 43. l. si pacto quo penam C. hoc tit. l. nuda C. de contr. stipul. Quinam pacisci possint, & super quibus rebus, traditut in Institut. imperial. tit. de oblig. & tit. de inutil. stipul. Procurator vel aduocatus

uocatus

uocatus de quota litis pacisci non potest. l. quisquis §. preterea nullum. & l. qui C. de postul. l. si contra C. mand. l. litem C. de Procurat. l. sump-
tus ff. de pact. l. nec quicquam §. circa aduocatos ff.
de off procons. l. si remunerandi §. fin. cum l. seq. ff.
mand. Sed ratione Palmarii id est victoriae
pactū valet: l. i. §. litis ff. de var. & extraord. cog-
nit. d. l. quisquis §. preterea Gail. obser. 4. lib. 1.
¶ Pactorum quædam † in rem sunt, quædam
in personam, l. iuris gentium §. pactorum ff. hoc
tit. & ibi gloss. in verbo personale, in dubio præ-
sumuntur realia, quia pacto persona inseri-
tur, non ut pactum faciat personale, sed ut
demonstretur cum quo factum sit: d. §. pa-
ctorum l. si sic stipulatus 2. & ibi Bart. num. 2. ff. de
verb. oblig. & potest ex una parte esse in perso-
nam, ex altera in rem, & ex ea parte qua pa-
ctum est in personam non transit in hære-
dem, sed ex alia parte, qua est in rem, bene
transit in hæredem, l. qui in futurum §. si ex
§ altera ff. hoc tit. Pactum factum † cum vna
persona non extenditur ad alias, l. si unus §.
ante omnia l. si sibi §. si pactus, & l. as. in l. iuris gen-
tium §. praetor att. num. 7. & seq. ff. hoc tit. l. i. C. de
transact. l. imperatores in princ. & §. fin. ff. eod. ni-
si in casibus in quibus sententia, inter alios
lata, inter alios tenet, l. saepe ff. de re iud. alteri
per alterum actio acquiritur. §. ei vero Instit.
de inutil. stipul. & ibi glo. mag. & DD si princi-
paliter intersit pacientis, l. fideiussoris §. cum
alio conuentio ff. hoc tit. §. sed si quis Instit. de inu-
til. stipul. aut vna persona reputetur, l. si cum
empatore ff. hoc tit. vel pactum sit celebratum
cum principe, ciuitate, sive alio habente po-
testatem condenda legis, l. pen. & ibi DD. C.
de donat. inter Vir. & vxor. Bart. in l. Cesar. num.
3 ff. de publ. & vestigial. Bart. in l. ciuitas n. 3. & 6.
ff. si cert. pet. Item pactum factum in vna re,
non extenditur ad aliam, d. §. ante omnia l. §.
C. de transact. fallit quando alia est accessoria
illius, in qua pactum sit. d. l. si unus §. sed si sti-

Summa in Decretales.

pulatus vers. fin. ff. hoc tit. l. i. in princip. ff. si quis
cautionibus &c. nullius est † momentu omnis⁶
pactio & conuentio, pro spiritualibus obti-
nendis, c. fin. l. resp. & ibi gl. 1 allegat concordan-
tes textus hoc titul. de soluendo collatoris ma-
iores solito pensiones, ex ipsis ecclesiis, c. cum
clericis hoc tit. de futura successione in bene-
ficiis, cap. accepimus hoc tit. eligenda sepultura
est, & electa non immuranda cum clericis
secularibus, vel regularibus, cap. 1. de sepult. in
clem. cupientes §. fin. de pœn. solutione deci-
marum alteri ecclesiae vel pio loco, in præ-
iudicium parochialium ecclesiarum, c. pluri-
que h. c. tit. redēptione ecclesiae alienatae, c.
quarelam de simon. item remissio iuris spiri-
tualis, renunciatio beneficii, cessio litis su-
per beneficio; pro aliquo temporali, etiam
si illud recipiat nomine expensarum, quan-
do renuncians habet ius in beneficio, vel de
eo dubitabatur, quia videtur renunciare
iuri spirituali prot temporali, & nomen ex-
pensarum posset fingi in fraudem, c. cum pri-
dem hoc tit. & ibi gloss. in verbo illicite pactionis &
ibi Pan. numer. 9. & Can. tum quod iuri spiri-
tuali debet quis libere renunciare, c. ex parte
& ibi not. de off deleg. tum etiam quia pro iure
quærendo in spiritualibus, non est licitum
dare pecuniam, etiam ad redimendam
vexationem, secus pro iure quærito conser-
uando, vnde qui certus est le habere bonū
ius in beneficio, nō peccat, si dat pecuniam
ei, qui mouit iniuste litem, vt desistat ab illa
vexatione; Pan. in c. aud. uimus sub. num. 1. vers.
aduerte & in c. Mattheus numero quarto, & fusc-
us in c. dilectus filius el. 1. num 3. & 4. de simon.
Collect. in cap. foras num. 23. de verb. signif. Sarn.
in reg. de annali quest. one 2. numer. 7. pactum
quoque rei turpis, ut impossibilis de iure,
aut de facto, nullam obligationem inducit.
c fin in fine & ibi gloss. pen. hoc tit. §. quod turpis la-
stit. de inutil. stipul.

Y

De